

premia sola uocatis gratia. Herodes dura bestia iohanne uite specula
 horrendo clausit carcere. Sed et uoce nefaria post dierum curricula uero
 dampnauit scelere. Haec uite scola morum dum causatur impudici herodes
 adulterium. Medicina peccatorum reprobande meretrici deputatur in
 milium. A mirum silent organa obmutescunt et tympana dum specu
 lator mittitur. Mensa migrat in caueam cum ad uocem femineam
 caput iusti producit. Sanctus ergo decollatur et ipsius caput datur
 saltatrix. Res in luctum conuertitur dum preceptum consummatur
 impudici. Luctu finitur gaudium et regale conuiuium cedit in homi
 cidium. Sola gaudet adultera dum tristatur plebs cetera propter ob
 lata numerata. Regem ergo detestemur et peccatorem ueneremur ueritate.
 Et quos mundi moles urget uotis leuet et expurget a peccatis a me.

ARCHIVES
 de l'ABBAYE
 du PARC

